Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35161
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar



ste trinitatis, de hoc augustinus in libro de trinitate
sic dicit. dilectio quae ex deo est. et deus est. pro
prie spiritus sanctus est. per quem diffunditur in cor
dibus nostris dei caritas. per qua nos tota trinitas
et sic homo habens deum in se per fidem
et dilectionem assentitur dei fruitionem. qui
pus amiserat. ipse lapsum primi hominis. mun
t puriti per gratiam. et post hanc vita si in statu
gratie perseuerauerit. in futura vita hoc est in regno
celorum per gloriam. Sic igitur consumatum et perfectum
illud bonum homini. ad quod creauerat eum deus.
hoc est ad fruitionem sui. Quod diabolus
per opinionem redemptos temptauit et
nunquam in peccatis principatur

Considerans autem malignus spiritus quia
per passionem et mortem domini redem
ptus esset genus humanum. et quia ad fide
m plures multi vocarentur. ac per sacramentum
baptismi a sordibus omnium peccatorum mundarentur
et omnes tales credentes in dominum filii dei efficerentur
per baptismum quippe ut dictum est omnem
peccatum sive originale sive actuale perfecte de
letur. nam tamen adhuc fomes peccati qui adhuc
non est extinctus. id est promptitudo ad peccandum
etiam in baptisatis. Quod cernens hostis an
tiquus genus humanum. vz quod homines etiam
fideles. et post sacramentum baptismatis per
quod ablutis apertis fuerant esse pronos ad
peccatum peccandum. ipse fomite peccati qui in eis
remanserat omnem malitiam suam ad temptandum
et addecipiendum genus humanum tetendit. et in
tantum prualuit stimulando et in stagando ad vitia